

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica**

**Harless, Adolf Gottlieb Christoph  
Baruthi, MDCCXCII.**

**VD18 13527622**

Pindari Olymp. Ode I.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18225**

ΠΙΝΔΑΡΟΥ \*

ΟΛΥΜΠΙΑ \*\*)

ΕΙΔΟΣ \*

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩΝ

ΚΕΛΗΤΙ \*\*\*)

σύροφη ἀ πώλων τοῖς.

HIERONI SYRACVSANO EQVO

CELESTE VICTORI Ode I.

\*) De Pindaro, Thebis nato anno I. Olympiados LXV. ante Christum 519. v. Fabric. Bibl. Graec. vol. II. pag. 57. sqq. cl. Schneider in Versuch über Pindars Leben und Schriften. Argentor. 1774. 8. Quindillianus Instit. Orat. X. cap. I. mirifice eum laudat et commendat: *nō  
nūm*, inquit, *Lyricorum longe Pindarus princeps, spi-  
ritū, magnificentia, sententiis, figuris: beatissimus rerum  
verborumque copia et velut quodam eloquentiae flumine,  
propter quae Horatius nemini credit eum imitabilem.* Ade-  
de superbū Horatii iudicium de eo libr. IIII. od. 2.  
Plura vide in Schmidii Prolegomenis et Biographia clas-  
sica, tom. I. ex interpretatione Sam. Mursinae, Halae  
Saxon. 1767. p. 79. sqq. Nos vero sequuti sumus exem-  
plar editionem cel. Heynii, Gottingae 1773. min. 4. col-  
latis illius Additamentis ad lectionis varietatem, ibid.  
1791. In superiori editione contuleramus quoque Pin-  
dari Olympia, Nemea, Pythia, Isthmia una cum Latina  
omnium versione carmine lyrico per Nicolaum Sudorium.  
Oxonii e theatro Sheldoniano 1697. in form. max.  
praeterea Stephani. Pindari Olympia etc. 1560. 12. Cra-  
tan. Tigur. 1526. 8. Commelinam 1588. 8. Eras. Schmi-  
ddii editiones 1616. 4. Tum Io. Cornelii de Paw notas  
in Pindari Olympia etc. Traiecti ad Rhen. 1747. in 8. in  
quibus auctor more suo multa corrigere ausus est. In  
hac ed. comparauimus quoque Pindari carmina selecta,  
edita a Frid. Gedike, Berolini 1786. 8. cuius notas do-  
ctas consulent magister. Quem laudauit Pindarus Hiero-

nem, hic fuit Syracusius Rex seu Tyrannus, de quo consulas *Aelian.* libr. IV. c. 15. VIII cap. I. Laudat Hieronem, quod in Olympiis vicerit. Exordium a comparatis dicit, inde personam laudat a iustitia, loco, musica, equo Pherenico, quo vicerat; de Pelope et Tantalo vera narrare vult taxatis fabulis, de diis enim honeste sentiendum admonet. Comprecatione concludit, vt Deus Hieronem in dignitate, et poetam in studio carminis Lyrici conseruet: vt verbis *Benedicti Aretii* in *Commentariis absolutissimis in Pindari Olympia etc.* (1587.) p. 20. vt amur. De hac oda, quam typis exscribi fecimus, et de Pindaro conf. *Batteux et Ramler* in Einleitung in die schönen Wissenschaften vol. III. pag. 35. sq.

\*\*) Ex Schmidii Prolegomenis paucula excerpere licet in gratiam eorum, qui raram illius editionem ad manus non habent. Quatuor praecepui et maxime solemnies Graeciae ludi fuerunt, Olympii, Pythii, Nemei et Isthmii. (v. ad *Fabr. B. Gr. H.* pag. 61. sqq. notata) Olympii in honorem Iouis; Pythii vero, Apollinis; Nemei, initio Archemori, postea Iouis; Isthmii, Palaeonis initio, postea Neptuni, fuerunt celebrati. Priores duo tetraëterici, seu quarto quoque anno elapsi: posteriores duo trieterici, seu tertio quoque anno praeterito fuerunt celebrati. Olympici victores, olea, vel vt alii volunt, oleastro: Pythici, lauro: Nemei, apio: Isthmici, pinu coronabantur. Olympiorum originem explicat *Pausan.* libr. V. cap. 7. 8. 9 pag. 391. sqq. edit. Kuhnii. Ab Hercule Idaeo in honorem Iouis Olympii, vnde locum Olympiam nominarat, primum fuerunt instituti. Pelops, vieto Oenomao, rege Pisae, et duxa Hippodamia eius filia, omnium, qui ante se fuissent, maxime memorabiles ludos Ioui Olympio fecit. Iphitus ludos in Olympia per quadringentos prope annos intermisso renouauit, monente Apolline, ordinauit, nundinas indixit, et Graecia seditionibus ac pestilentia prope deleta, ludorum caussa inducias instituit. Conueniebat autem ad celebritatem Olympicam omnis Graecia vna et externe nationes ex Aegypto, Lybia, Sicilia etc. quac tamen ad deliberationes de rebus Graeciae non admittabantur; sed tantum ad certamina: et quidem quarto quoque anno exacto, in plenilunio eius mensis, cuius noui-

lunium proxime ad Solstitium aestiuum adcedebat, quem  
 $\epsilon\kappa\tau\omega\mu\beta\alpha\lambda\omega\alpha$  Athenienses nominarunt, ad Olympiam,  
oppidum Elidis, ad Alpheum fluuium, non procul a  
Pisa. (conf. Dodwell de veteribus Graecorum Romano-  
rumque Cyclis diss. III.) Habantur ibi comitia et de-  
liberationes de rebus ad totius Graeciae commodum spe-  
ctantibus, itidem de anni forma et intercalationis ratione  
agebatur et ad vulgus referebatur. Simul spectacula ex-  
hibebantur, certamina instituebantur varii generis et vi-  
ctoribus ( $\Omega\lambda\mu\mu\pi\omega\nu\alpha\iota\alpha\iota$ ) tribuebantur praemia, n. coro-  
nae ex Oleastro, quod Hercules Idaeus, auctor horum  
certaminum, oleastrum ex Hyperboreis in Graeciam in-  
tulisse fertur. Atque ad posticum templi Olympici ver-  
sus dextram,  $\kappa\iota\tau\omega\omega$  siue Oleastrum fuisse, quem  $\lambda\alpha\delta\alpha\omega\alpha$   
 $\kappa\lambda\lambda\iota\zeta\phi\alpha\omega\alpha$  adpellarunt, ex quo Hercules primus coro-  
natus est, et reliquis etiam victoribus coronas decerpere  
solemne fuit, eumque religiose custoditum fuisse Plin.  
XVI. cap. 44. testatur. Victores autem, quamquam pre-  
ter coronam ex oleastro nihil secum reportarunt domum,  
summa tamen apud suos, quin in tota Graecia florue-  
runt dignitate et honoribus, et alia habuerunt commoda.  
Eorum nomina in Olympico Gymnasio conscripta fue-  
runt. Victorum proclamation siebat per praetoriam: at-  
que ciuitates non solum de ciuibus victoribus gloriati  
sunt, sed multos quoque corruperunt multa pecunia,  
ut victores, patria sua quasi abnegata, alias cuiusdam  
ciuitatis se ciues prositerentur: at hi non semper im-  
pune abierunt. Iudices,  $\alpha\omega\lambda\omega\theta\epsilon\alpha\omega$ , videbant caute,  
ne dolo malitiaque aliorum decepti, praemia iniuste di-  
stribuerent, et aequi sedebant prouidebantque, ne vlla  
fraus iniuriaue auctoritatem et dignitatem horum ludo-  
rum imminueret.

\*\*\* Hiero Dinoenensis f. equo celete, ( $\kappa\epsilon\lambda\pi\tau\iota$ , i. e.  
vt Schmidius ait, *Sellario*, quem Suetonius in *Caesare*  
vocat *Desultorium*: alii *Dossuarium*, qui curui nulli  
iungitur, *Ein ungesattelt Reitpferd*, a  $\kappa\epsilon\lambda\lambda\epsilon\omega$ , quod est  
 $\tau\beta\chi\epsilon\omega$ ,) victor Ol. LXXIII. a vetere Grammatico et  
Schmidio traditur: perperam vero inquit cel. Heyne,  
quantum quidem ex multis rationibus intelligi potest.  
Syracusanus certe adscribi non potuit ante Ol. LXXIII.  
1. qua Gelon frater Syracusas occupauit, Gelae domina-

Ι      ΑΡΙΣΤΟΝ μὲν ὕδωρ ὁ δὲ  
 Χρυσὸς, αἰθόμενον πῦρ  
 "Ατε διαπρέπει νυ-  
 κτὶ, μεγάνορος ἔξοχα πλέστου".  
 5      "Ει δ' ἄεθλα γαρύεν  
 "Ελδεα, φίλον ἥτορ,  
 Μηκέτ' ἀλίσ σκόπει  
 "Αἷο θαλπνότερον  
 "Ἐν ἀμέρᾳ Φαεινὸν ἄσρον,  
 10     "Ερήμας δι' αἰθέρος.  
 Μῆδ' Ολυμπίας ἀγῶνα  
 Φέρτερον ἀνδάσομεν."  
 "Οὗτον ὁ πολύφατος

Τυμος

fione Hieroni relicta. Videtur adeo Ol. LXXV. victoria haec Olympiaca reportata esse. cf. Schol. ad vers. 35.

v. 1. Aqua est optima, h. e. inter quatuor elementa primum locum occupat, quod reliqua ex aqua oriuntur. Ex physica veterum explicandus est locus. Reliquis ergo ludis praestat quoque pari modo Olympicus.

v. 2. Χρυσὸς. Construe: ὁ δὲ χρυσὸς διαπρέπει μέγαν, ἔξοχα πλέστε, ἄτε πῦρ αἰθόμενον διαπρέπει νυκτὶ. uti Scholiastes iam docuit. Μεγάνορος autem varie explicant Scholiastae; al. τὰς μεγάλως δυναμένα al. rectius ab effectu, quoniam diuitiae reddunt homines magnaminos, superbos, arrogantes, quod auget fortunam hominum, et facit, ut altiores sumant spiritus, ποιῶντος μείζονα φρονεῖν, τῶν νυκτῶντων. Damum in Versuch einer prosaischen Ueersetzung der griechischen Lieder des Pindar. (Berol. 1770. 8.) redditum, Mann - erhebenden.

v. 10. Ερήμας, ionice et attice femininum pro masculino Ερήμης. Aetherem vocat desertum n. ab omnibus stellis, quas sol obscurat, et quae interdiu conspici non possunt. Sens. vt sol interdiu omnia astra luce et splendore superat: ita quoque Olympicum certamen reliqua.

"Τυνος ἀμφιβάλλεται  
Σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν  
Κρόνος παῖδ', ἐς ἀφνεὰν ἴκομένος  
Μάκαρισσαν Ιέρωνος ἔσιαν."

Αυτισθοφὴ ἀ, κάλων οὐ.

Θεμιζεῖον ὁς ἀμφέπει  
Σκῆπτον ἐν πολυμάλῳ  
Σικελίᾳ, δρέπων μὲν  
Κορυφὰς ἀρετᾶν ἀπὸ πασᾶν;  
Ἄγλαΐζεται δὲ καὶ  
Μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ,  
Οἴα παίζομεν φίλαν  
"Ανδρες ἀμφὶ Θαμὰ  
Τράπεζαν. Άλλὰ Δωρίαν ἀ-  
πὸ Φόρμιγγα πασσάλου

25

20

25

## Κάμ-

v. 14. ἀμφιβάλλεται, h. l. exornatur. Schol. ποσμεῖ-  
ται, ἡ περιγράφεται καὶ περιλαμβάνεται. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ  
τῶν σεφάνων. sed v. Heynii additamenta p. 1. sq.

v. 15. σοφοὶ nominantur poetae, ut apud Latinos  
docti. v. Schol. ad Pind. Isthm. v. 36. Orpheum habuerunt  
αφωτατον teste Athenaeo lib. XIII. pag. 632. C. μητίεσσα  
Steph.

v. 16. ἵνομενοι quidam MSS. codd. et praefstat; tunc  
ἀδάσομεν ἵνομενοι ἐς ἀφνεὰν — ἔσιαν iungenda sunt, reli-  
quis in medio interiectis.

v. 18. ἀμφέπει. Schol. περιέπει, διονεὶ θεραπένει.

v. 23. ἄγλ. Μεσ. ἐν ἀώτῳ Schol. explicat πεπάιδεντας  
τὴν μετιήν, et μεσ. ἐν ἀώτῳ reddit ἐν ταῖς ὠδαῖς. Ornatur,  
h. e. celebratur, cantibus.

v. 26. δωρίαν Φόρμιγγα, Doricam citharam sume, h. e.  
meditare carmen doricum, tale, opinor, quale Pindarus  
iam fecerat, aut ad quem modum citharam adaptare so-  
lebant poetæ illi. v. 164.

Λάμβαν', εἴ τι τοι Πίσας τε  
 Καὶ Φερενίκου χάρις  
 30      Νόον ὑπὸ γλυκυτά-  
         ταις ἔθηκε Φροντίσων  
 "Οτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο, δέμας  
 'Ακέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων,  
 Κράτει δὲ προσέμιξε δεσπόταν  
         Ἐπώδος α. κώλων ιγ'.  
 35      Συρακόσιον, ἵπποχάρμαν  
 Βασιλῆα. λάμπει  
 Δέ οἱ κλέος παρ' ἐνάνοιᾳ Λυδᾶ  
 Πέλοπος ἀποκίᾳ· τοῦ μεγασθενῆς  
 'Εράσσατο γαιόχος Ποσειδᾶν,  
 40      'Επεί νιν κανθαροῦ λέβητος ἔξελεν  
         Κλωθῶ, ἐλέφαντι φαίδημον

Ωμον

v. 29. Φερενίκη, quod nomen fuit equi vicitoris. ή Πίσα, (ch. l. pro Olympia.) vrbs Elidis, prope Elidem et Olympiam, in Peloponneso. χάρις h. l. gloria.

v. 32. Ἀλφεός, poet. pro: Ἀλφεῖος, fluvius Elidis, oriens in Arcadia, ex confluentia plurium fontium.

v. 37. ἐνάνοι — apud generosam Lydi Pelopis coloniam: i. e. in Peloponneso, in qua Pelopis filii, ex Eli-de electi, passim fuerunt dispersi, quum antea diceretur Pelasgia. Pelopem Pindarus facit Lydium: a qua sententia alii discedunt. vide Schol. Coloniam vero in has terras non deduxit ipse Pelops, sed cum aliis hic tradutus fuit.

v. 39. Ποσειδᾶν dor. rectius Ald. et MSS. vulgo Πο-  
σειδῶν.

v. 41. Clotho inter Parcas colum fatalem gestat et applicat, et quasi vitae principium habet. Apte igitur nominatur, quod Pelopi initium vitae post elixationem reddidit.

<sup>3</sup>Ωμον κεναδμένον.

<sup>3</sup>Η θαύματα πολλά,

Καὶ πέ τι καὶ βροτῶν φρένας,

Τπέρ τὸν ἀληθῆ λόγον

45

Δεδαιδαλμένοι φεύδεσι ποικίλοις

Ἐξαπατῶντι μῆδοι.

σροφὴ β'. κώλων 15'.

Χάρις δ', ἀπερ ἄπαντα τέυ-

χει τὰ μέιλιχα θνατοῖς,

Ἐπιφέροισα τιμὰν,

50

Καὶ ἀπισον ἐμήσατο πισῶν

Ἐμμεναι τὸ πολλάκις.

Ἀμέραι δ' ἐπιλοιποι

Μάρτυρες σοφώτατοι.

Ἐσι δ' ἀνδρὶ φάμεν

55

Ἐοικὸς αἱμφὶ Δαιμόνων κα-

λά· μείων γὰρ αἰτία.

P 2

Τις

v. 43. Omnes libri ante Schmidium θαῦμα τὰ πολλά, quod probat Heyne V. C. in edit. et ita iungendum censet: ἡ (κατὰ) τὰ πολλά (h. e. ἐπὶ τὸ πλεῖστον saepe) θαῦμα (h. e. τὸ θαυμαστὸν) καὶ μῆδοι, δεδαιδαλμένοι (varie et artificiose exornatae, ab artifice Daedalo origine significatus sumta) φεύδεσι ποικίλοις ὑπέρ τὸν ἀληθῆ λόγον ἐξαπατῶντι (dor. 3. plur. ind. praeſ. ab ἐξαπατῶ) πού τι καὶ φρένας βροτῶν. sed in additamentis recipit θαύματα πολλά. De lectione atque interpr. huius loci v. Voss. ad versionem Blackwell über Homers Leben und Schriften p. 181. sq. adde not. Gedickii.

v. 44. φρένα Steph.

v. 52. pro ἐμμεναι τὸ πολλ, emendat Gedicke ἐμμεναι τι π. et probat Heyne in Add.

v. 57. μείων apud Pindarum pro ὀλίγη, et hoc pro ὑπεριλα, ita in nullam incurrit reprobationem —

- 60     ‘Τιὲ Ταντάλου, σὲ δ', ἀντί<sup>α</sup>  
      α προτέρων, Φθέγξομαι.  
 65     ‘Οπότ' ἐκάλεσε Πα-  
      τὴ τὸν ἐννομώτατον  
 70     ‘Ἐς ἔρανον, Φίλαν τε Σίπυλον,  
      Αμοιβαῖα Θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,  
      Τότ' Αγλαοτρίαναν ἀρπάσσαι,  
      ἀντισφροφή β'. κώλων οὐ.  
 75     Δαμέντα Φρένας ἴμέρω,  
      Χρυσέαισι τ' ἀν' ἵπποις  
      “Υπατον εὐρυτίμω  
      Ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβάσας”  
 80     “Ενθα δευτέρῳ χρόνῳ  
      Ηλθε καὶ Γανυμήδης  
      Ζηνὶ τωῦτ' ἐπὶ χρέος.  
 85     “Ως δ' ἄφαντος ἐπε-  
      λεσ, οὐδὲ ματρὶ πολλὰ μαρ-  
      μενοι Φῶτες ἀγαγον.  
 90     “Εννεπε κρυφᾶ τις αὐτί-  
      κα Φθονερῶν γειτόνων,  
      Τδατος ὅτι τε πν-

v. 58. *avrīa προτέρων* dicam de te alia ratione, quam  
me superiores poetae, qui te mortuum fixerunt: Schol.  
*ἐναντία τῶν προτέρων δόξαις ἐγνωμονίσων* αὐτὶ τῇ ἐνα-  
ντίᾳ καὶ ἔτεραι, οἷς εἴπον ὡς πρότεροι ποιηταὶ, δόξασσον  
καὶ ἔρω.

v. 62. Sipylus est vrbis et mons Lydiae.

v. 64. *ἀγλαοτρίαναν*, tridente inclitum, est epitheton  
Neptuni, a *τριάντε* tridens, quod est insigne Neptuni.

v. 66. *ἵπποις* cum curru aureo, vid. ind. et Schmid.

v. 73. *ματρὶ*, (dor. pro *μητέρῃ*) matri Euryanassae.

v. 77. *τῇ* (pro *σὲ*) legere iubet Gedicke.

ἢ Σέοισαν ἀμφ' ἀκραν  
Μαχαίρᾳ τάμον πατὰ μέλη,  
Τραπέζαισι τ' ἀμφιδεύτατα πρεῶν      80  
Σέθεν διεδάσσαντο, καὶ Φαύον.  
ἐπωδός β'. κώλων ιψ.  
Ἐμοὶ δ' ἄπορα, γαστίμαργον  
Μακάρων τιν' ἐιπεῖν.

P 3

'ΑΦΙ-

v. 78. Σέοισαν ἀμφ' ἀκραν.] Schol. qui habet εἰπ\* expli-  
cat: ὥντι τῷ εἰς ὑδωρ ἀκρανίως Σέον, εἰς θερμόν. — mox τά-  
μην (pro ἔκτμον, a τέμνω) n. ministri Tantali.

v. 80. ἀμφιδεύτατα Schmid. interpretatur vel minu-  
tissimas particulas, a deūtato a primo remotissimus, po-  
streius, ideoque minutissimus; vel cruentata, irrigata,  
a δέψω. et duplēcē hanc interpretationem iam habuit qui-  
dam Schol. At Athenaeus libr. XIII. p. 637. C. legit  
ἀμφὶ δέυτατα, (et sic quoque dederunt libri quidam,  
tam manu, quam typis exscripti,) i. e. circa secundas men-  
sas, seu conuiuii exitum: quae explicatio editoribus  
Oxoniensibus verisimilior videtur: quia in secundis men-  
sis adponuntur magnificentissima; inter quae Tantalus  
filiū habuit. Pau vero p. 5. hanc lectionem atque in-  
terpretationem reiicit et legendum putat: Τραπέζαισι τῷ  
ἀμφὶ δέυτα τὰ πρέων Σέθεν διεδάσσαντο καὶ Φαύον, et τὰ πρέων  
τέθεν δέυτα sunt illi membra tua lebeti immersa. Cel.  
Heyne τραπέζαις ἀμφὶ iungere malit, vt distributas car-  
nes circa mensas innuat. δέυτα πρέων extremae partes ac-  
cipi possunt, quum humerus tantum consumptus fuerit.  
Atque unus ex schol. explicat: ἐφαγού δέυτα ὄντα τῷ  
σώματι. τατέσι μετὰ τὸ σώμα μέλη δέυτερα Φαγεῖν ἐθηκαν,  
χεῖρας, πόδας πρὸ τὴν κεφαλήν.

v. 83. μακάρων, epitheton est deorum, qui beatissimi  
ensebantur, frequentissimum. v. Theocr. XV. 104. Hinc  
Hesych. μάκαρες - ἄγνοι. De reliquo h. voc. vsu confer  
Sallier et Oudendorp. ad Thom. Magistr. p. 646.

Ἀφίσαμαι. Ἀκέρδεια λέλογχεν  
 85 Θαμνὰ κακαγόρως. Ἔι δὲ δή τιν' ἄν-  
 δρα Θνατὸν Ολύμποι σκοποὶ ἐτίμα-  
 σαν, ἦν Τάνταλος ὅτος. αὖλα γὰρ κατα-  
 πέψαμ μέγαν ὅλβον οὐκ ἔδυ-  
 νάσθη. πόρω δέ εἶλεν  
 90 Ἄταν ὑπεροπλω-  
 τάτων· πατήσε ύπεροχρέμα-  
 σε καρτερὸν ἀντῷ λίθον.  
 Τὸν αἰεὶ μενονῶν κεφαλᾶς βαλεῖν,  
 Ἐνθρό-

v. 84. Ἀκέρδεια, v. indic. et voc. λέλογχε: et λέλογχε sine v. ἐφελκ. Steph.

v. 86. ὄλ. σκοποὶ speculatores, f. custodes coeli h.c. coelites: loquutio, quae etiam in S.S. reperitur.

v. 87. καταπέψαμ. v. vers. 133. indic. et Hom. Il. 6.

v. 81. vbi Schol. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐν γαστὶ πλειον  
 χρόνῳ κατεχομένων σιτίων διὰ τὴν πέψιν τὴν ἐν αὐτῇ γινομένην.  
 vide Drakenb. ad Sil. Il. II. 327. eundem et Barth. ad  
 Sil. VII. 403. XIV. 103. I. Frid. Gron. diatr. Stat. cap.  
 14. pag. 79. sq. De ὅλβος et ὅλβιος v. interpretes ad  
 Thom. Mag. pag. 646.

v. 88. πόρω saturitate, et bene interpretatur Schol.  
 τῇ ὑβρει ποτὶ τῇ ἀλεξονίᾳ, Uebermuth, continuat metaphoram, quum ante dixisset καταπέψαμ.

v. 90. et 91. recepi faciliorem lectionem, quam cel. Heyne in Additament. proposuit pro vulgata ὑπέροπλον, Τάνοι etc. adde eundem ad Apollodori bibl. p. 143.

v. 93. τὸν (dor. pro ὁν) μενονῶν, (a μενενῶσι impetu  
 animi incitatus cupio, Schol. κατὰ τὴν φυχὴν ἔχων. al. ἐπι-  
 θυμῶν,) κεφαλᾶς βαλεῖν. al. Schol. explicat, cupiebat  
 omnibus viribus a capite suo amoliri ἀπώσασθαι, sed hoc  
 non significat: et melius est ante κεφ. supplere νιν ἀντὸν  
 κατὰ, aut potius scribere κεφαλὰν β. Sens. Tantulum  
 semper exspectasse lapidis lapsum, et metuisse, ne lapis  
 delapsus caput percuteret et occideret. v. Heyne in Addit.

<sup>91</sup>  
ἘνΦροσύνας αἰλ.ἄταψ.

σροΦη γ. κώλων ιζ.

<sup>95</sup>  
Ἐχει δ' απάλαμον βίου

Τῆτον, ἐμπεδόμοχθον

Μετὰ τριῶν τέταρτον

Πόνον· Ἀθανάτων ὅτι κλέψας

Ἀλίκεσσι συμπόταις

Νέκταρ αἰμβροσίαν τε

Δῶκεν, οἵσιν ἄφθιτον

Θέσσαν· εἰ δὲ θεὸν

Ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λασέ-

μεν ἔρδων, αἱμαστάνει.

Τένεκα προηκαν νιὸν

Ἀθανάτοις ὡς πάλιν

Μετὰ τὸ ταχύποτμον·

Αὐθις ἀνέρων ἔθνος.

Πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυάν

P 4

Λάχ-

v. 95. απάλαμον infeliciem, auxilio carentem. Schol.  
δεινόν· πρὸς ὃν ἐστι παραμυθίσκοσθαν. περὶ τοῦ δέος δύναται  
αὐτῷ πατὰ χεῖρα ἐπαγαγεῖν βοῆθειαν.

v. 96. ἐμπεδορ. constanter aerumnosum, h. e. continuum: μετὰ τρ. τετογρ. quartum post tertium, h. e. sine vlla intermissione: ita facilius interpretatur cl. Heyne. Scholiaſt. aliique ex mythologia explicationis subsidia petunt, arbitrantes, poetam respexisse ad tres punitionis socios.

v. 102. θέσσαν dor. pro θεσσαν. vide ad Mimn. I. 7.

v. 103. 104. λασέμεν (sic e codd. Schmidius sed ante eum Steph. et rel. λαθέμεν, dor. pro λαθεῖν,) ἔρδων clam facere. v. ad Pythag. 59.

v. 109. conf. Klotz ad Tyrtaeum p. 24. 25.

- 110 Λάχναύ νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,  
Ἐτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον  
ἀντισφρόνη γ. κώλων εγί.
- 115 Πισάτα παρὰ πατρὸς ἔν-  
δοξον Ἰπποδάμειαν  
Σχεθέμεν. "Αγχι δ' ἐλθὼν  
Πολιᾶς ἄλος οἰος ἐν ὅρφνᾳ,  
"Απνεν βαρύκτυπον  
Εὐτρίαναν. ὃ δ' ἀντῷ  
Πάρ' ποσὶ σχεδὸν φάνη.  
Τῷ μὲν εἶπε· Φίλι-
- 120 α δῶρα Κυπρίας, ἄγ', εἰ τι,  
Ποσειδαον, ἐς χάριν  
Τέλλεται, πέδασον ἔγχος  
Οἰνομάς χάλκεον.  
Ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτά-

των

v. 110. Virgil. VIII. Aen. 160. *Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta.*

v. 111. Paratae erant nuptiae, vel quod suo ipsius periculo parare potuit voluitque, aut ipse a fato, aut cuilibet, qui de Hippodamia, Oenomai, regis Pisae, filia cum Oenomao quadrigis certare ausus fuerit, nec celeritatem et crudelitatem regis metuerit, paratae fuerunt. conf. Hygin. fab. 83.

v. 116. Ἀπνεν, inclinabat Schol. ἐφώνει, προσεκαλεῖτο, τετέσιν, ἡγέατο τῷ Ποσειδῶνι δ' Πέλοφ. Neptunum autem vocat βαρύκτυπον grauistrepum, ἀπὸ τῆς κτύπης τῆς θαλάσσης.

v. 117. melius δ' δὲντῳ etc.

v. 119. sqq. construe εἰ (τὰ) φίλια δ. κ. (πατέρα) τι τελλεται (h. e. γίνεται) ἐς χάριν, (h. e. χαρίεινται). δῶρος πυρος. h. e. fructus venereus.

τῶν πόρευσον ἀρμάτων 125  
 Ἐστὶ Αλιν, κράτει δὲ πέλασον,  
 Ἐπεὶ τρεῖς γε καὶ δέκ' ἄνδρας ὀλέσας  
 Ἔρωντας, ἀναβάλλεται γάμον,  
 ἐπωδὸς γέ. καλῶν γέ.

Θυγατρός. Ο μέγας δὲ κίνδυ-  
 νος ἀναλκινὸς φῶ- 130

τα λαμβάνει. Θανεῖν δ' οῖσιν ἀνάγκα,  
 Τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ  
 Καθήμενος ἔψοι μάταν, ἀπάντων  
 Καλῶν ἄμμορος; ἀλλ' ἐμοὶ μὲν δύοσι  
 Ἀθλός γ' ὑποκείσεται· τὺ δέ 135

Πρᾶξιν φίλαν δίδοι.

Ως ἔννεπεν· γέδ' α-  
 κράντοις ἐφέψατ' ὡν ἔπεσ-  
 σι. Τὸν μὲν ἀγάλλων Θεὸς,  
 Ἐδωκεν δίφρον χρύσεον, ἐν πτεροῖ- 140  
 σίν τ' ἀκάμαντας ἵππος.

P 5

Σροφή

v. 127. ὀλεσαις dor. alii rectius. Heyne V. Cl. iam laudauit Gregor. de dialect. pag. 94. ed. Koen.

v. 133. ἔψοι. vide ad vers. 87. Schol. ἔψοι, αὐτὶ τῷ ψυχοτο. εἰ γάρ ἔψοι τὶς τὸ γῆρας, ἀλλ' ἔψεται μάτηντο.

v. 134. καλῶν v. ad Pythag. 37.

v. 138. ἐφεψατ' ab ἀπτω, vnde ἐφαπτω, iniungo: ἐφεψατο est igitur peruenit. Sens. voti compos factus est, et Neptunus adnuit eius precibus.

v. 139. ἀγάλλων. ornans, Schol. κοσμῶν καὶ ἀνζων. v. Hemsterhus. ad Thom. Mag. h. v. et Ruhnken ad Timaei lexic. Platon. p. 4. sq.

v. 141. ἐν πτεροῖσι cum alis, Pelopis autem equi erant alati. v. Gedicke ἀκάμη. v. ad Homer. II. in Sol. v. 7.

σροφή δ'. κάλων ιζ'.

"Ελεν δ' Οινομάς βίαν,  
Παρθένον τε σύνευνον·

Τέκε δὲ λαγέτας εξ

145      'Αρεταῖσι μεμαλότας νιός.

Νῦν δὲν αἰμακουρίας

'Αγλαδῖσι μέμικται,

'Αλφεῖς πόρω κλιθεῖς,

Τύμβον ἀμφίπολον

"Εχων

v. 142. Ελεν. vide ad Pythag. 25. Superavit, vicit  
Oenomaum, (Oenomai robur, ut Herculis labor, apud  
Horat. periphrasis, apud Poetas haud infrequens, esse  
potest: neque tamen arbitror, βίαν otiosum esse; sed ad  
robur Oenomai, quo equorum celeritate usus superio-  
res certantes consequitus hasta transfixit valida, referri  
deberi, et accepit, virginem coniugem. Fraude autem  
Myrtili, qui auriga fuit Oenomai, ipse amauit Hippo-  
damiam, et a Pelope muneribus et promissione corru-  
ptus est, victus est Oenomaus. vide Schmid. ad h. l. et  
Hygin. fab. 83

v. 144. Τίττειν, proprie de feminis; hoc vero loco  
de Pelope dicitur. & τέκε Stephan. Cratand. al.

v. 145. αρ. μεμ. virtutum alumnos. v. Heyne in ad-  
ditam.

v. 146. αἴμανσπλασ, iustis, inferiis. Secundum Schol.  
est vox Boeotica: Boeotes enim αἴμανσπλασ vocant τὰ  
τῶν νεηῶν ἐναγλοματα; idem bene obseruat vv. 146-150.  
periphrasin esse poeticam, pro: mortuus est. Alii deri-  
uant ab αἴμα et κόρος satietas, alii a νέος adolescens, vi  
obseruat Schmidius; solebant enim quotannis ephebi ad  
Pelopis sepulcrum flagellis caedi, et Pelopi tamquam li-  
bationem suum profundere sanguinem. Gedicke malit deri-  
uare ab νεηῷ, quod captiñorum sanguinem et detonsos capil-  
los suos iniicerent in rogum. adde Damum nouum lexicon  
graec. etc. pag. 1214. sq. mox ante πόρω supple παρά.

, v. 149. Τύμβον, tumulum. Nonnulli autem, vi

"Εχων πολυξενωτάτω πα-  
ρὰ βωμῷ. Τὸ δὲ κλέος  
Τηλόθεν δέδορκε, τᾶν Ο-  
λυμπιάδων ἐν δρόμοις,  
Πέλοπος, ἵνα ταχυ-  
τὰς ποδῶν ἐρίζεται,  
Ἄκμαί τισχύος Θρασύπονοι,  
Ο νικῶν δὲ, λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον  
Ἐχει μελιτόεσσαν ἐνδίαν,  
ἀντισροφὴ δ. κώλων 15.  
Ἄεθλων γ' ἐνεκεν. Τὸ δὲ ἀ-

150

155

εὶ

Schol. notat, volunt non sepulcrum, sed fanum Pelopis intelligi, cui ex institutione Herculis pronepotis, ante Iouem sacra facere Elei sunt soliti. v. Pausan. V. 13. De πόρῳ et κλεθεῖs vide indicem. μέμινται est h. l. εὐ-  
τυχίαν.

ἀμφίπολον undique ambitum, vel quia circuiri posset, undique liberum; vel quia cursores ad tumulum Pelopis currebant; vel etiam propter frequentiam hominum in Olympiis congregatorum, siue certatorum siue spectatorum; (vide Schol. et Schmid.) unde aram vocat πολυξενωτάτην valde hospitalem, (vt Horatii voc. hospitales utar,) hoc est, quae a multis hominibus frequentatur.

v. 152. δέδορκε, pertinet ad medio-passiuia, vt Küster de verbis mediis pag. 156. dicit, (cf. eundem libr. pag. 256.) et hoc loco significat passiuie in praesenti βλέπεται, inspicitur, lucet igitur e longinquo. aliter legunt et interpongunt schol. sed v. Heyne in Additam.

v. 153. ἐν δρόμοις, inter certamina Olympia, quippe quae in vicinis locis habebantur. cursus certamen primum fuit. ἄκμαj repeate σπιζονται, et Schol. interpretatur: τὸ ἀπόλεσθον, αἱ ἄκμαι, αἱ ισχύες, ἀντὶ τοῦ, ἐνθα καὶ δρόμοις, καὶ παλαιj, καὶ παγκράτια, καὶ πυγμαιj. Τέτο γαρ ἐστι, τὸ Θρασύπονοι ἄκμαι τοχνος.

v. 158. μελιτόεσσαν ἐνδίαν mellitam serenitatem, h. e.

- 160 εὶ παράμεσον ἐσλόν,  
"Υπατον ἔρχεται παν-  
τὶ βροτῷ. Εμὲ δὲ σεφανῶσαι  
Κεῖνον ἵππινῷ νόμῳ  
·Αιοληῖδι μολπᾷ  
165 Χρή. Πέποιθα δὲ ξένον  
Μή τιν' ἀμφότερα

Kla.

relicuum vitae est iucundissimum, aut ἀντεὶ τοῦ ηδείαν αν-  
τανσιν: al. Schol. ἐν ἑνδίᾳ διάγει, ἡδόμενος ταῖς νίκαις. Sic  
ἑνδίᾳ, serenitatem substantiue quoque explicat Heyne  
Pyth. V. 12. et sic est ap. Anacreont. XV. 11. ως οὖν εἰ-  
τεδί' ἐσι, vbi Fischer accipit de valetu:ine, quod ibi op-  
ponitur νέσω, Apum vero et mellis comparatio fre-  
quens est apud scriptores vtriusque linguae. vide infra  
epigram.

v. 160. 161. παράμεσον (dōr. pro παρύμεσον) quotidio-  
num ἔτηκον (dor. pro ἔστηλόν) bonum. Illud bonum, quia  
per reliquum vitae, singulis diebus iucundissime viuit  
victor, ob honorem et dignitatem victoriae, perpetuum,  
summum (ὑπατον) bonum est mortalibus, et ille dies,  
quo coronatur victor, est honorificentissimus. Critici  
autem veteres vario modo interpretati sunt hos versus,  
ἔρχεται, vt venit Latinorum, pro est, haud infrequens est.

v. 162. sq. ἐμὲ — ξένον — χρῆ] ξένος est Hiero, ad  
euius laudes redit poeta. ἵππινῷ νόμῳ. cantu in equitem vi-  
torem, aut e lege certaminis, quatenus victor cantum me-  
retur: malim tamen prius.

164. Αιοληῖδι μολπῷ aeolico cantu, h. e. modo aeolio  
musico, ad quein lyram adaptarit. conf. vers. 26. vete-  
rem enim dialectum aeolicam eamdem fuisse, quae anti-  
quitus esset dorica, ex Strabone obseruat Schmid.

v. 166. 167. Confido, me neiminem, eorum saltem  
(γε), qui nunc sunt, celebrare posse alium, qui et vir-  
tute scientiaque, non minus quam potentia plus valeat,  
quam Hiero. ante ἀμφότερη supple κατὰ, et ad τὸν sup-  
ple μᾶλλον. Loco καλῶν τε malim καλ. γε scribere cum  
Heyni V. C. in Additam.

Καλῶν τε Ἰδριν ἄλλον, οὐ δύ-  
ναμιν κυριώτερον,

Τῶν γε νῦν, πλυνταῖσι δαιδα-  
λωσέμεν ὑμνῶν πτυχαῖς.

Θεὸς ἐπίτροπος ε-

ών, τεαῖσι μῆδεται,

"Ἐχων τότε κῆδος, Τέρων,

Μερίμναισιν. Εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι,

"Ἐτι γλυκυτέραν κεν ἔλπομαι  
ἐπωδὸς δ'. κάλων ιγ'.

Σὺν ἀρματι Θῷοι κλείξειν,

170

175

## Ἐπι

v. 170. πτυχαῖς strophis hymnorum. al. ex Schol. periphrasis hymni esse iudicat, iureque, si poesin lyricam consideres: alius putat, poetam respicere ad diuisionem huius carminis in σροφαῖς, ὑπτισφαῖς et ἐπωδαῖς.

v. 174. Tuis prospicit curis, h. e. faciet, ut victoriā reportes. μερίμνα enim, ut cura Latinorum, pro eo, cuius curam habemus, quod cupimus, animoquo versamus, poni solet. Potest tamen, iudice Heynio, quod μῆδεται cum accusatio iungi solet, ita coniungi, οἱς ἐπίτροπος ἡνὶ τεαῖς μερίμναις, μῆδεται (ἀντῶν). Verba λίποι alii referunt ad Pindarum, si deus, aut musa, aut vita, (varia enim et diuersa est veterum interpretatio,) ne cito non destiterit: alii, quibuscum facit Gedike, atque Heyne, substituendo σειο θεός, ad Hieronem: nisi te deus cito destituet; quadrigis vinces, quod etiam factum est. γλυκυτέραν ύμνον e Scholiaстis, et malit Heyne.

v. 176. κλείξειν, vel potius dorice, ut Rittershus. correxit κλείξειν, pro κλείσειν, a κλείω, celebro. σὺν ἀρματι Θῷοι, scil. νησίσαντα, celeri currū vincentem. Heyne malit iungere; ξυγὰν ὁδὸν λόγων ἐπικ. σὺν ἀρματι per victorianū quadrigarū nactus materiem carminū. λόγοι sunt laudes, carmina, ἐπικηρ. iter adiuuans, h. e. expedita, facilis.

Ἐπίκρον εὐρών  
 Ὁδὸν λόγων, παρ' εὐδείλον ἐλθῶν  
 Κρόνιον. Ἐμοὶ μὲν ὡν Μοῖσα καρτερώ.  
 180 τατον βέλος ἀλκῆ τρέφει. Ἐπ' ἄλλοι-  
 σι δ' ἄλλοι μεγάλοι· τό δ' ἔσχατον κορυ-  
 Φοῦται βασιλεῦσι. Μηκέτι  
 Πάπταινε πόρσιαν.  
 Εἴη σέ τε τοῦτον

251

ΙΟΝΤΑΣ

Τψ

v. 178. ἐνδείλον - πρόνιον scil. λόφον aut ὄγος, h. e. Olympiam: Nam Cronius, mons et promontorium Eridis prope Olympiam. Cronius dicebatur mons, quoniam Saturnus ibi cum Ioue de imperio coeli colluctans dicitur. Eudeilelon dicit, vel Soli expositum versus occiduum, vel magis poetice, excoelum.

v. 179. Μὲν ὡν, (dor. pro ἡν) fiduciam h. l. innuit, atque adiuuat, et τρέφει positum videtur pro futuro, quia rem futuram, tamquam praesentem et certissimam intuetur menteque sagaci et diuiniore praeuidet: quae ratio scribendi auctoribus vtriusque linguae familiaris est. Verte: mihi quidem, certe omnino, (conf. Hoogeveen de particul. pag. 684.) Musa alet. conf. Cortium ad Sall. B. Iug. XIII. 2. LXXXVII. 4. etc. Schrader. ad Musaeum pag. 49. 50. supra ad Callim. H. in Cerer. 82.

v. 180. Validissimum robore telum nutrit Musa (μοῖσα, dor. pro μῆσα) valde audacter dictum: h. e. Musa vim poeticam, (quam poeta noster cum telis comparare solet,) atque ingenium alet mihi et seruabit solertissimum.

v. 181. ἔσχατον, ultimum, h. l. supremum: alii aliis rebus clari sunt et florent: in summa autem felicitate constituti sunt reges. Nimis adulatur!

v. 183. πόρσιον poet. pro πωβότερον longius, ulterius. Πάπταινε, Schol. περιβλεπε καὶ ζήτει. Hanc felicitatem, regis dignitatem consequutus, noli ulterius spectare.

v. 184. τέτον] hic locus salebrosus videtur, namque siue τέτον referas ad χρόνον, siue interpreteris σὲ (άντα) τέτον, h. e. τούτον, et χρόν. absolute pro diu sumas, fa-

Τψ χρόνον πατεῖν, ἐμέ 185  
 Τε τοσσάδε νικαφόροις  
 Ὁμιλεῖν, πρόφαντον σοφίᾳ καθ' Ελ-  
 λανας ἔοντα παντά.

## ΣΑΠΦΟΥΣ ΑΙΣΜΑ

'Eis 'Aφροδίτην.

## SAPPHVS ODE

IN VENEREM \*)

ile offendes. an scriptum fuit? τέττας Τψ, tu autem re-  
 liquum vitae hac, quam consequutus es, altitudine,  
 summa dignitate et felicitate, fruaris. — Τοσσάδε iunge  
 eum Ὁμιλεῖν, eo usque, ad illud usque tempus, h. c.  
 aque diu.

v. 186. σοφίᾳ (Steph. al σοφίαι) sapientia, h. e. arte  
 atque ingenio poetico. πάντα, dorice pro πάντα, ut  
 etiam quidam libri habent. vide Koen. ad Gregor. Co-  
 rinth. pag. 95. Schmidius comparat illud Horat. I. 1.  
 fin. Quod si me lyricis vatibus inseris, sublimi feriam sive-  
 ra vertice.

\*) De aetate Sapphus dissentunt scriptores tam veteres quam recentiores. Eam tamen circa Olympiad. 42. floruisse, consentiunt. Vixisse illam sub Alyatte, rege Lydiorum et Croesi patre, testatur Athenaeus; Olympiade 44. Eusebius; Olympiade 42. Suidas. vide Io. Christiani Wolfi vitam Sapphus Lesbiae, pag. III. et IV. cui probabile admodum videtur, eam natam fuisse Olymp. 36. vel 37. alii aliter. de qua re et de poetria ipsa satis disputatum est in Fabricii B. Gr. vol. II. pag. 137. sqq. Patria Sapphus fuit Mitylene, seu Mytilene, hodie Metelin. vulgo dicta, urbs clarissimae insulae nobilis et amoena Lesbi, ab Aeolibus habitatae, et insulis Asiae ad occidentalem oram adnumeratae. Forma eius, facies et statura ita describuntur ab antiquis, ut ne inter-